Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Collectio Canonum Dionysio-Hadriana - Cod. Aug. perg. 103

[S.l.], [11. Jh.]

Ps. Bonifatius IV papa, Decretum Synodi

urn:nbn:de:bsz:31-1336

In ecctis u͂ que ab huiusmodi symoniacis execrate sunt.
n͂ aliť q͂m in locis communibus orandū iudet͂. donec sub
uersis altarib; benedictione et unctione catholica antistitis
consecrent͂. De his q͂ sine titulo ordinati sunt, licet eiusmodi
ordinatio scōrū canonū sanctione irrita iudicet͂. utrū
tam͂ aliq͂ in acceptis ordinati sint p͂mittendi discretioni
tue p p̄senti ecctiae necessitate committimus. si tam͂ alias
sine prauitate ordinatos esse fuisse cōstiterit. Bigamos
et uiduarū maritos a sacris ordinib; scdm cōmunē ecctie
consuetudinē auctoritate nr͂i officii segregamus.
Hec uniu͂sa tā q͂m aplice sedis p̄cepta scōrū conciliorū
sententiis consonantia religionis tue strenuitas in ecctia
sibi cōmissa dō iuuante custodiat. custodienda aliis in
notescat. Nec senectutē tuā canū oblatrantium multitudo
perterreat. maior enim est qui in nobis ē q͂m qui in illis. Ipse si
quidē discip̄los suos confirmans ait. Nolite timere pusillus
grex. usque regnū. Ipse misc͂dia sua uos confirmet.
ptegat et ad celestia regna pducat. Amen
Ex concilio Bonifacii p̄p̄ cui questio a Beato Gr̄ [illegible] c. 25. C. 16. qu. 1.
fuit quod liceat monachis ubi ubi cū sacerdotali
officio ministrare. Sunt nonnulli stulti dogmatis
magis zelo amaritudinis quā dilectionis inflammati
asserentes monachos quia mortui sunt et deo uiuunt.

Sacerdotali officio indignos neque penitentiam aut xpi
anitatem seu absolutionem largiri posse per sacerdotalis
officii iniunctam gratiam sed omnino falluntur. Nam si hec causa
veteres emuli vera predicarent. apostolice sedis compar beatus
gregorius monachico cultu pollens ad summum apicem nullatenus
conscenderet. cui solvendi ligandique potestas concessa est.
Augustinus quoque eiusdem sanctissimi gregorii discipulus anglorum
predicator egregius et pannoniensis martinus aliique quamplurimi
viri sanctissimi preciosorum monachorum habitu fulgentes nequaquam
anulo pontificali subarrarentur. Neque enim benedictus
monachorum preceptor huius rei aliquomodo fuit interdictor. sed
eos secularium negotiorum dixit expertes esse debere. quod
quidem apostolicis documentis et sanctorum patrum institutis non solum
monachis verum etiam canonicis summopere imperatur. Utrisque
enim perspicacibus sanctorum patrum exemplis ut mundo mortui
sint precipitur. Credimus ergo a sacerdotibus monachis
ligandi solvendique officium digne ministrari si tam
digne contigerit eos hoc ministerio sublimari. Quod
eum re p[…]dentem affirmat. quisquis statum monachorum et
habitum considerat. Angelus enim grece latine nuntius
dicitur. Sacerdotes igitur monachi atque canonici
qui dei precepta annunciant angeli vocantur. sed unusquisque angelicus
ordo quanto vicinius deum contemplatur tanto sublimius

Dignitate firmant. Nunquid non ut cherubim monachi sex alis uelantur. due in capitio quod caput tegit demonstrant assertionibus. Illud uero quod brachiis extendit alas duas esse dicimus. Illud quo corpus conditur alas duas. Sic uti alarum numerus certissime conficitur. Decertantes ergo contra monachos in hac re sacerdotalis potentiae arcere officio percipimus. ut ab huiuscemodi nefandis ausibus in posterum reprimantur. quia quanto quisque excelsior tanto potentior. ex decreto beati gregorii papae. Episcopus debet missam celebrare in ordinatione presbiteri. et abbas in consecratione monachi. et iii euangelia super caput eius dicere. ut sicut per iii euangelia doceatur. ita per iii esse secretum. et ita usque in diem tercium uelatum habeat caput cum summo silentio. et debita deo reuerentia figuram gerens dominicae passionis. die tercio tollat abbas capitium de capite eius ut deposita tristitia ueteris peccatoris uelata facie gratiam domini speculetur. Secundo ergo baptizatus est et emundatur ab omnibus peccatis. Unde oportet eum maiorem sollicitudinem habere et pro peccatis hominum orare. et plus eorum peccata ualere soluere. quam presbiteri seculares quia hii secundum regulam apostolorum uiuunt. et eorum sequentes uestigia communem uitam ducunt. Ideo nobis uidetur. his qui sua pro deo relinquunt et a passione et morte eius sumunt exordia mutatae conuersationis dignis liceat baptizare. communionem dare. penitentiam imponere. peccata soluere. tribus diebus sunt in silentio iuxta apostolos qui ob metum iudeorum inclausi erant.